

**INTROIT Psalms 16: 15**

Ego autem cum iustitia apparébo in conspéctu tuo: satiábor, dum manifestábitur glória tua. (Ps. 16: 1) Exáudi, Dómine, iustitiam meam: inténde deprecatióni meæ. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

**COLLECT**

Da, quæsumus, omnipotens Deus: ut, sacro nos purificánte jejúnio, sincéris méntibus ad sancta ventúra faciás pervenire. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**LESSON Genesis 37: 6-22**

In diébus illis: Dixit Joseph frátribus suis: Audíte sómniū meum, quod vidi: Putábam nos ligáre manípulos in agro: et quasi consúrgere manípulum meum et stare, vestrósque manípulos circumstántes adoráre manípulum meum. Respondérunt fratres ejus: Numquid rex noster eris? aut subjiciémur dicióni tuæ? Hæc ergo causa somniórum atque sermónum, invidiæ et ódii fómitem ministrávit. Aliud quoque vidit sómniū, quod narrans frátribus, ait: Vidi per sómniū, quasi solem et lunam et stellas úndecim adoráre me. Quod cum patri suo et frátribus rettulísset, increpávit eum pater suus, et dixit: Quid sibi vult hoc sómniū, quod vidísti? Num ego et mater tua et fratres tui adorábimus te super terram? Invidébant ei igitur fratres sui: pater vero rem tácitus considerábat. Cumque fratres illíus in pascédis grégibus patris moraréntur in Sichem, dixit ad eum Israél: Fratres tui pascunt oves in Síchimis: veni, mittam te ad eos. Quo respondénte: Præsto sum, ait ei: Vade et vide, si cuncta próspéra sint erga fratres tuos et pécora: et renúntia mihi, quid agatur. Missus de valle Hebron, venit in Sichem: invenítque eum vir errántem in agro, et interrogávit, quid quæreret. At ille respóndit: Fratres meos quæro: índica mihi, ubi pascant greges. Dixítque ei vir: Recessérunt de loco isto: audívi autem eos dicétes: Eámus in Dóthain. Perréxit ergo Joseph post fratres suos, et invénit eos in Dóthain. Qui cum vidísset eum procul, ántequam accéderet ad eos, cogitavérunt illum occídere, et mútuo loquebántur: Ecce, somniátor venit; veníte, occidámus eum, et mittámus in cistérnam vétérem, dicémusque: Fera péssima devorávit eum: et tunc apparébit, quid illi prosint sómnia sua. Audiens autem hoc Ruben, nitebátur liberáre eum de mánibus eórum, et dicébat: Non interficiátis ánimam ejus, nec effundátis ságuinem: sed proiícite eum in cistérnam hanc, quæ est in solitúdine, manúsque vestras serváte innóxias: hoc autem dicébat, volens eripere eum de mánibus eórum, et réddere patri suo.

**GRADUAL Psalms 119: 1-2**

Ad Dóminum, cum tribulárer, clamávi, et exaudívit me. Dómine, líbera ánimam meam a lábiis iníquis et a lingua dolósa.

**TRACT Psalms 102: 10**

Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndum iniquitátes nostras retribuas nobis. (Ps. 78: 8-9) Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito anticipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. (*Hic genuflectitur*) Adjuva nos, Deus, salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

**GOSPEL Matthew 21: 33-46**

In illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum et princípibus sacerdotum parábolam hanc: Homo erat paterfamilias, qui plantávit víneam, et sepem circúmdedit ei, et fodit in ea tórcular, et ædificávit turrim, et locávit eam agricolis, et péregre proféctus est. Cum autem tempus frúctuum appropinquásset, misit servos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus. Et agricolæ, apprehénsis servis ejus, alium ceciderunt, alium occiderunt, álium vero lapidavérunt. Iterum misit álios servos plures prióribus, et fecérunt illis simíliter. Novíssime autem misit ad eos fílium suum, dicens: Verebúntur fílium meum. Agricolæ autem vidéntes fílium, dixerunt intra se: Hic est heres, veníte, occidámus eum, et habébimus hereditátem ejus. Et apprehénsus eum ejecérunt extra víneam, et occiderunt. Cum ergo vénerit dóminus víneæ, quid faciét agricolis illis? Aiunt illi: Malos mále perdet: et víneam suam locábit áliis agricolis, qui reddat ei fructum tempóribus suis. Dicit illis Jesus: Numquam legístis in Scriptúris: Lápidem, quem reprobavérunt ædificátes, hic factus est in caput ánguli? A Dómino factum est istud, et est mirábile in óculis nostris. Ideo dico vobis, quia auferétur a vobis regnum Dei, et dábitur genti faciénti fructum ejus. Et qui ceciderit super lápidem istum, confringétur: super quem vero ceciderit, cónteret eum. Et cum audísset principes sacerdotum et pharisæi paráblas ejus, cognovérunt, quod de ipsis diceret. Et quæréntes eum tenére, timuérunt turbas: quóniam sicut Prophétam eum habébant.

**OFFERTORY Psalms 39: 14-15**

Dómine, in auxiliū meum respice: confundántur et revearéntur, qui quærunt ánimam meam, ut áuferant eam: Dómine, in auxiliū meum respice.

**SECRET**

Hæc in nobis sacrificia, Deus, et actióne permáneant, et operatióne firméntur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**PREFACE OF LENT**

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérna Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem elevas, virtútem largíris et præmia: per quem Dóminum nostrum laudant Ángeli, adórant Dóminationes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicétes:

But I in justice shall behold Thy face; I shall be content when Thy glory shall appear. (Ps. 16: 1) Hear, O Lord, my justice; attend to my cry. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. But I in justice shall behold Thy face; I shall be content when Thy glory shall appear.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that cleansed with the sacred fast: we may with sincere hearts reach the coming feast. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, Joseph said to his brothers: Listen to this dream which I had. We were binding sheaves in the field; my sheaf rose up and remained standing, while your sheaves gathered round and bowed down to my sheaf. His brothers answered: Are you to be our king? Are you to rule over us? And because of his dreams and words they hated him the more. He had another dream which he also told to his brothers. I had another dream, he said. The sun, the moon and eleven stars were worshiping me. When he told that to his father and his brothers, his father reproved him. What is this dream that you have had? he said. Can it be that I and your mother and your brothers will come to bow to the ground before you? So his brothers envied him, while his father pondered the matter. When his brothers had gone to pasture their father's flocks at Sichem, Israel said to Joseph: Your brothers are pasturing the flocks at Sichem; get ready, I will send you to them. Joseph answered: I am ready. Go, then, said Israel, and see if all is well with your brothers and with the flocks; and bring back a report to me. So he sent him from the valley of Hebron, and he came to Sichem. A man found Joseph wandering about in the fields and asked him: What are you looking for? I am looking for my brothers, he answered. Tell me, please, where they are pasturing. The man said: They have moved on from here, because I heard them say: Let us go to Dothain. So Joseph went after his brothers and found them in Dothain. They saw him in the distance, and before he drew near them, they plotted to kill him. They said to one another: Here comes that dreamer! Let us therefore kill him and throw him into a cistern; we can say that a wild beast devoured him. Let us see then what becomes of his dreams. But when Ruben heard of it, he tried to rescue him from them saying: We must not kill him. Then he continued: Do not shed blood. Throw him into the cistern there in the desert, but do not lay a hand on him. His purpose was to rescue him from them and restore him to his father.

In my distress I called to the Lord, and He answered me. O Lord, deliver me from lying lip, from a treacherous tongue.

O Lord, deal with us not according to our sins, nor requite us according to our crimes. (Ps. 78: 8-9) O Lord, remember not against us the iniquities of the past; may Thy compassion quickly come to us, for we are brought very low. (*Kneel.*) Help us, O God, our Saviour, because of the glory of Thy Name, O Lord; deliver us and pardon our sins for Thy Name's sake.

At that time, Jesus spoke this parable to the multitude of the Jews and the chief priests: There was a man, a householder, who planted a vineyard, and put a hedge about it, and dug a wine vat in it, and built a tower; then he let it out to vinedressers, and went abroad. But when the fruit season drew near, he sent his servants to the vinedressers to receive his fruits. And the vinedressers seized his servants, and beat one, killed another, and stoned another. Again he sent another party of servants more numerous than the first; and they did the same to these. Finally he sent his son to them, saying: They will respect my son. But the vinedressers, on seeing the son, said among themselves: This is the heir; come, let us kill him, and we shall have his inheritance. So they seized him, cast him out of the vineyard, and killed him. When, therefore, the owner of the vineyard comes, what will he do to those vinedressers? They said to Him: He will utterly destroy those evil men, and will let out the vineyard to other vinedressers, who will render to him the fruits in their seasons. Jesus said to them: Did you never read in the Scriptures: The stone which the builders rejected, has become the cornerstone; by the Lord this has been done, and it is wonderful in our eyes? Therefore I say to you, that the kingdom of God will be taken away from you and will be given to a people yielding its fruits. And he who falls on this stone will be broken to pieces; but upon whomever it falls, it will grind him to powder. And when the chief priests and Pharisees had heard His parables, they knew that He was speaking about them. And though they sought to lay hands on Him, they feared the people, because they regarded Him as a prophet.

Look to my aid, O Lord; let them be confounded and put to shame who seek my soul to take it away: Look to my aid, O Lord.

O God, may these sacrifices both remain in action in us and strengthen by their operation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards; through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

**COMMUNION Psalms 11: 8**

Tu, Dómine, servábis nos, et custódies nos a generatióne hac in aetérnum.

**POSTCOMMUNION**

Fac nos, quæsumus, Dómine: accépto pignore salutis aetérnæ, sic téndere congruenter; ut ad eam pervenire póssimus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**PRAYER OVER THE PEOPLE**

Humiliáte cápita vestra Deo.  
Da, quæsumus, Dómine, pópulo tuo salutem mentis et córporis: ut, bonis opéribus inhæréndo, tuæ semper virtútis mereátur protectióne defénde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Thou, O Lord, will preserve us: and keep us from this generation forever.

Make us, we beseech Thee, O Lord, who have received the pledge of eternal salvation, so to strive that we may be able to attain it. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bow your heads to God.  
Grant unto Thy people, we beseech Thee, O Lord, health of mind and body, that, by persevering in good works, we may be worthy to be protected by Your mighty power. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.







